



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 135. Lutheri hæresis per Joannem Laski in Poloniam diffusa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

„cum tua prudentia intelligas, hoc au- **Sæcul. XVI.**  
 „dax facinus spectare ad perturbandam **A.C. 1557.**  
 „prorsus, & evertendam in Regno tuo  
 „Religionem Catholicam, & Sanctæ Ma-  
 „tris Ecclesiæ ritus sanctissimos abro-  
 „gandos, ejusque auctoritatem delen-  
 „dam: obviam ergo eas tanto malo, an-  
 „tequam vehementius corroberetur, ac  
 „tam grave scandalum e civitatibus il-  
 lis, & locis omnibus, in quibus eadem  
 acta sunt, ita tollendum cures, ut ap-  
 pareat tibi placere, quod lex a te proxi-  
 me lata de nulla re in Religionis cultu  
 novanda servetur, neque impune a  
 quoquam eam negligi, violarique passu-  
 ris, cum ad Dei honorem, & animarum  
 salutem pertinet, temeritati populorum  
 obviam iri, atque hæreses reprimi.

Hac occasione Stanislaus Hosius E-  
 piscopus Warmiensis de communione *Hosius in*  
 sub utraque specie Dialogum composuit, *Dial. de*  
*utriusque* in quo demonstrat, quod non recens, *spec. comm.*  
 sed antiquus sit usus sub una specie com- *p. 104.*  
 municandi, veteresque Poloni, cum no-  
 men Christo dedissent, una specie con-  
 tenti sanctitatem coluerint.

### §. CXXXV.

*Lutheri hæresis per Joannem Laski*  
*per Poloniam diffusa.*

*Hist. Eccles. Tom. XLII. Pp. Idem*

**Sæcul. XVI.** Idem Episcopus in suo libro hæc habet:  
A.C. 1557. „Poloni decipiuntur ab istis hæreticis  
**Stanis. Hof.** „fraudum Architectis, qui in suis  
*l. c.* „congressibus populo pollicentur, quod  
**Sander. hæ-** „Sanguinem Christi administrent, cum  
*ref. 207.* „tamen nil nisi modicum vini, prout in  
**Spond. an.** „popinis venditur, atque exiguam panis  
*1560. n. 31-* „portionem, sicut in communi mensa  
 „comeditur, porrigant. Nonne per sum-  
 „mam calumniam accusant Ecclesiam  
 „Catholicam, perinde acsi illa Sangu-  
 „nem Christi fidelibus non præberet,  
 „cum tamen ejus Corpus nec a suo San-  
 „guine, nec ab anima, nec a Divinitate  
 „separari possit. Cunctis ergo hisce Do-  
 „ctoribus nulla fides est attribuenda,  
 „quos inter præcipuus est Joannes Las-  
 „skius, qui nil inausum, intentatumque  
 „reliquit, ut Lutheri errores per præci-  
 „puas Prussiæ urbes divulgaret., Hic  
 idem Lasskius Nobilis erat Polonus, qui  
 Sacræ militiæ adscriptus Episcopatum  
 adeptus est: ast spreta hac dignitate Lu-  
 theranæ sectæ nomen dedit, brevi ta-  
 men relictis horum hæreticorum ca-  
 stris Sacramentariorum errores profes-  
 sus est.

## §. CXXXVI.

*Hæresis progressus in Poloniæ Regno.*

**N**ihi lominus nec Pontificis diploma  
*ad*